Schriften zur südwestdeutschen Landeskunde

herausgegeben

von

Hansmartin Decker-Hauff

Ferdinand Elsener

Hans Jänichen

Max Miller

Karlheinz Schröder

und dem

Institut für geschichtliche Landeskunde

an der Universität Tübingen

3. Band

Christian Tubingius

BURRENSIS COENOBII ANNALES

Die Chronik des Klosters Blaubeuren

Textherstellung

und

Versuch einer Erläuterung

von

Gertrud Brösamle

Deutsche Übertragung

von

Bruno Maier

Stuttgart 1966

Müller & Gräff

spexi omnia. Matura autem et diligenti (in loci electione) consideratione, trutinatione consultationeque pensatum deliberatumque monasterium sine fluentibus aquis et molendino atque sine hortis, frugiferisque adiacentibus areis[a]) recte et oportune construi permanereque non posse, imo (ut compendio complectar) monastica vita sine aquarum abundantia et copia nullibi commode institui transigique queat integrumque siet. Tandem deffinitum et conclusum ad Borrhon blavum ad Suevicarum Alpium radices in faucibus sive montium angulo largiflue scaturientem et emanantem haud longe ab Rugga arce esse ponendum aedificandumque ipsum cenobium. Nec dum[28]) quippe Blaubornense aderat oppidulum ruinis nostris temporibus repertis id liquido[b]) ostendentibus. Ipsa itaque sancti Joannis Baptistae Burrensis ecclesia M.LXXXV ibidem antea celebris in monasterium multata est, praestante eam ipsam atque nonnulla /9' vicina loca ad hoc ipsum ceptum perficiendum apta,/congrua et necessaria Sigibotone palatino comite de Rugga ut supra auditum cognominato, qui illis locis tunc vicinarumque Alpium possessionibus praeerat in Ruggaque praesidebat. Inprimis autem divo Baptistae Joanni tutelari deo seu patrono dicatum atque ab eo sancti Joannis monasterium dictum fuit: quia primitus huius cenobii ecclesia eiusdem sancti reliquiis praecipue fundata et consecrata fuit, scilicet ossibus, dentibus et pilis eius cum ceteris sanctorum pignoribus, scilicet de sanctae Mariae virginis coma ac vestibus atque de sanctorum apostolorum primo Petri sanguine ac de cathena[c]) et corrigiis eius, sancti quoque Andreae, Jacobi, /347 Bartholomei ac evangelistae Marci[d]). De terra/ ubi dominus ascendit in caelum, de domini salvatoris sepulchro, de Christi redemptoris sancta cruce[e]), de divi Burcardi sandaliis, de pera et calciamentis sancti Isiboldi, de vestibus Lindromii[f]) episcopi, sanctae Sylviae martyris, sancti Gregorii et plurimorum aliorum martyrum confessorumque

---

a) Sa 1, 2: arvis b) Sa 1, 2: liquide c) Sa 1, 2: catena d) Sa 1: Marei
e) Sa 1, 2: cruce sancta f) Sa 1, 2: Lendromii

sus. Consuetudinum librum. Sermonarium antiquum. Omiliarium antiquum per anni circulum. Glossarium[a]) librum de omni quod vivit, sentit atque discernit. Atque alium glossarium. Volumen in quo continentur excerpta sancti Gregorii,
5 Augustini et Hieronimi[103]). Orationes ab Anshelmo Cantuariensi episcopo editas[b]). Synonima Isidori[c]). Ordinem Romanum. Pontificum decreta[d]). Apostolorum passiones. Schmaragdum[e])[104]) in octotheucum[f]). Volumina duo in sanctorum passionibus. Librum de sanctorum confessorum vita. Sancti
10 Brandiani vitam. Librum sententiarum illustrium virorum. Aratorem. Boetium. Prudentium in hymnis. Macrobium. Sedulium. Insuper et alios auctores minores. Glossam super psalterium. Glossam super Paulum ex aliqua parte. Duos de sanctorum patrum vita libros. Salustium. Elbericum calcu-
15 latorium artis, Sanctigallensem monachum[g])[105]). Augustinum
/17 super[h]) XV gradus psalmorum./ Vitam sancti Joannis Eleymonis, ac Oswaldi regis vitam et Caroli regis gesta, que[i]) in uno continentur volumine. Lucidarium librum. Orosium. Paulum historiographum[106]) summo studio scriptum et
20 notatum adhuc superstitem.

Praefati tametsi pauci videantur numero libri, haud parvae tamen existimationis reputari debent, eo videlicet tempore quo omnia sumptuoso exscribebantur pretio ac pergameno quod tunc satis charum vendebatur, quum[k]) calcho-
25 graphandi ars eo tempore omnino ignota fuerit. Praeter librorum quoque ad studia nanciscenda conquisitionem fraternitates[l]) quoque cum alienis cenobiis et cenobitis instituit
/355 abbas Azelmus./ Nam cunctis annuentibus fratribus inprimis hoc pactum habuit cum patre suo sancto Guilielmo Hir-
30 saugiense et fratribus eius quod nunc fraternitatem vocitare solent, quam et ipse sanctus pater Wilhelmus etiam cum aliis

---

a) Sa 1, 2: glossarum b) B: aeditas; Sa 1, 2: editas c) Lehmann: Isidorii d) Sa 1, 2: Ordinem Romanorum pontificum et decreta e) Lehmann: Smaragdum f) Sa 1, 2: octo . . . g) Sa 1, 2: menachum h) Sa 1, 2: supra i) Sa 1, 2: quae k) Sa 1, 2 und Lehmann: quoniam; B hat das übliche Kürzel für quum. l) Sa 1, 2: conquisitionem. Fraternitatis, Sa 2: Fraternitates

103) vielleicht die S. 64 Z. 2 genannte pars glossarum?

104) Smaragdus von St. Mihiel.

multis per Germaniam et Franciam contraxerat cenobiis[107]): ut scilicet si quis ex fratribus nostris interioribus et exterioribus defunctus fuerit et brevis hinc illuc vel inde huc supervenerit, offitium et missa communiter agatur et prebenda[a]) tantummodo[b]) in eadem die sibi, vel si duo aut plures obierint, prebendae duae vel secundum abbatis iussionem persolvantur[c]) et prebenda[d]) interior si de interioribus, exterior[e]) si sit de exterioribus. Quas ego ad fratrum mensam dari vel largius distribui vel ipsius causa in elemosynam dari intelligo. Postea septenarius cum suis appenditiis pleniter[f]) pro eo agatur, id est septem (ut ibidem dicitur) officia cum missis et totidem psalmis: Verba mea[108]). Ita tamen ut si septenarius alterius defuncti ad praesens agitur huic adiungatur, sin autem pro hoc solummodo incipiatur et peragatur. Et si interim dies anniversarius maiori ritu et cultu agendus supervenerit septennario[g]), secunda collecta dicatur. Insuper à singulis sacerdotibus missa una celebratur, à ceteris vero /17' doctis et psalmos scientibus 50 psalmi/ à cunctis autem psalmos nescientibus totidem vicibus oratio dominica decantetur et dicatur. Sequentes etiam eodem tempore plenam habuerunt fraternitates: de Hirsaugia Diedo presbyter, Werinherus[h]), Burcardus, Egiloff, Bebo conversi, Krafft,

---

a) Sa 1, 2: praebenda (u. ö.) b) Sa 1, 2: tantumodo c) B: persolvatur d) B: et de prebenda; Sa 1: depraebenda e) B: extrarior; Sa 1, 2: exterior f) Sa 1: soleniter g) Sa 1, 2: septenario h) Sa 1, 2: Werenherus.

107) Eine Ausfertigung dieses Vertrags zwischen Hirsau, Sankt Blasien und Muri, der nach den Lebensdaten der genannten Äbte in die Jahre 1086 bis 1091 gehört, findet sich in WUB V S. 372; desgleichen ein solcher Vertrag für Hirsau und Sankt Blasien in MGH Necrol. I S. 327.

108) Ps. 5

Rudolphus de Santori[109]). Cunradus[a]) monachus de Otenheim[110]). De Otthenburron[b])[111]) Rudolphus, Reinhardus, Eberhardus monachi. De Rinauia[112]) Rachenwin[c]). De Gegelingen[113]) Hartnidus[d]) monachus. De Camberc[114]) Hugo abbas. Quae tamen nostris temporibus cessatae sunt ita ut nihil certi per aliquod faedus invicem teneamur. Inolevit tamen inde ex primo cum Hirsaugiensibus pacto memorato quod hodie observatur ut invicem funera significamus ad placitum fraterne tamen supplicantes.

Azelmus obiit anno domini M.C.I. Cui Otto I. successit[e]). Ceterum quid abbas Azelmus peregerit quaeque sub ipso acta fuerint quove tempore ex hac decesserit vita non perspicue invenio. Verisimile tamen est eum usque ad Ottonis primi huius nominis abbatis ⟨tempora extitisse⟩. Quanquam enim catalogi abbatum collector asserat inter ceteros nostri monasterii abbates duos praefuisse Ottones, quibus tamen temporibus omnino nesciri, ego tamen apertissime reperio anno Domini M.C.VIII Ottonem abbatem extitisse[f]), cui et alterum Ottonem mox subsequutum[g]) fuisse ex hoc coniicere possumus, quod tantum temporis intervallum

---

a) Sa 1, 2: Conradus b) Sa 1, 2: Ottenburron c) Sa 1, 2: Rachenvin d) Sa 1, 2: Hartuidus e) In B Randbemerkung: Azelmus Abbas primus in Blaubüren. f) In B Randbemerkung: Otto I: Abbas in Blaubüren. g) Sa 1, 2: subsecutum

109) Die Herkunftsbezeichnung der beiden Genannten vermag ich nicht zu identifizieren; möglicherweise ist der Ort verderbt wiedergegeben. Da die Beiden keine Mönche zu sein scheinen, braucht Santori auch nicht der Name eines Klosters zu sein. Sonst hätte ich, in Anbetracht der Verbrüderungen Hirsaus auch mit französischen Klöstern, an Saint Airy zu Verdun gedacht. Eine Gütertradition an dieses Kloster um 1100 erwähnt eine Gräfin Ermentrud von Rochefort und ihren Sohn Rudolfus, vgl. Ludwig Schmidt, Zur Gesch. d. Kl. St. Airy zu Verdun, NA Bd. 22, 1897.

110) Odenheim in Baden.

111) Ottobeuren.

112) Rheinau.

113) Eher Güglingen Kreis Heilbronn, wo Zusammenhänge mit Odenheim denkbar, als Hecklingen (Geclingen) Kreis Bernburg (Anhalt), genannt bei Hauck, Kirch.-Gesch. IV[6] S. 985.

114) Komburg bei Schwäbisch Hall.

ab Azelmo abbate primo usque Eberardi abbatis tempora idem habeat catalogus quem proximum post Azelmum ponit, ut non unum tantum abbatem interfuisse necesse sit. Atque inter posteriores Eberhardo abbates tantum temporis spatium nunquam intercidisse ut abbas nedum abbates interfuisse tradantur, qui non aperte suo proprio annorum /18 numero et tempore notentur. Igitur necessum/ post Azel- /356 mum Othones[a]) praefuisse[115]). Nisi et Rudigerus/ inter duos Ottones interponendus sit, quem M.C.XVI rexisse clare invenio[116]. Wolpoto quem M.C.XXII anno abbatiam administrasse quoque lego. Sed haec missa facientes ad actorum seriem revertamur.

Similiter et Wernherus abbas nostro praefuisse cenobio M.C.LXI apertissime reperitur[b]).

M.XC.IX[117])

Anno igitur eodem quo nostrum monasterium ut dictum fundatum confirmatumque fuit URBS[c]) sancta Hierosolyma per christianorum exercitum à paganis recuperata et capta fuit XV. Julii, hoc est divisionis apostolorum.

Eodem anno imperator Henricus filium suum Henricum quintum regem fecit reprobato maiore filio Conrado quem prius coronaverat. Quare ipse Conradus Italiam ingrediens nomen et dignitatem regis ibidem obtinuit[d]) annis novem. Homo satis clarus et dignus imperio interque sanctos merito censendus.

---

a) Sa 1, 2: Ottones b) In B Randbemerkung: Wernherus Abbas Burrensis.
c) Sa 1: urbis d) Sa 1: otinuit

115) Daß nicht nur Azelinus, sondern nach ihm noch Abt Otto ebenfalls aus Hirsau kam, sagt Cod. Hirs. fol. 17 b. Eine ordentlich und genau geführte Abtsliste kann dem Chronisten für seine Arbeit nicht vorgelegen haben. Später hat er sie vermutlich selber zusammengestellt, da Brusch sie ja, bis auf seine Zeit lükkenlos, von ihm in Markdorf erhalten hat.

116) vgl. dazu S. 160 Z. 15 ff.

117) Über die Annalen vgl. unten S. 154 und Anm. 346 und die Einleitung zu den Blaubeurer Annalen.

M.C.

Anno Domini M.C. Urbanus II. Romanorum[a]) episcopus re diu desiderata scilicet dominici sepulchri recuperatione obtenta quasi iam securus et gaudens carnis persolvit de-
5 bitum, deo multum devotus et sanctus multorumque in ecclesia bonorum patrator[b]). Cui Pascalis successit.

M.C.I.

A Christi vero nativitate anno M.C.I. Wilhelmus abbas Hirsaugiensis sanctus vir, potens in opere et sermone ut
/18' de eo habitum[118]) gestaque eius perspicue profusiusque/ con-
11 tinent, ex hac migravit vita[119]), quum aedificasset novum Hirsaugiense ubi nunc est monasterium, fratresque illuc à sancto Aurelio iam pridem transmigravissent. Successit eidem Gebhardus in abbatia, postea Nemetensis episcopus.
15 Eodemque anno occiduis[c]) in partibus auditum est in terra sancta rem nostram multum prosperatam, ideo maxima roboratur expeditio ad eundum[d]) illuc[e]) exercitumque[f]) restaurandum.

M.C.II

20 anno autem Domini Henricus imperator per Pascalem urbis antistitem excommunicatur, aut potius per duos antea papas execratus in eadem confirmatur. Ideo odium inter eos semper increvit seminariumque multorum extitit malorum. Eodem quoque anno Laureacense fundatum est monaste-
25 rium à Friderico de Stauffen, Sueviae Franconiaeque duce atque eius coniuge Agnete regina, Henrici[h]) imperatoris filia, qui cum eorum sobole apud Laureacum ut sequitur

---

a) B kürzt: Roman. b) B: patrato; Sa 2: patrator c) B: occiduus; Sa 1, 2: occiduis d) B: eundem e) Sa 1, 2: illum f) Sa 2: exercitum g) In B Randbemerkung: Lorich Monasterium fundatum. h) In B über Henrici vom Anmerker eingesetzt: 4.

118) Vgl. oben S. 56 Z. 5 ff.

119) Es ist verwunderlich, daß das Todesjahr Wilhelms (1091) in Blaubeuren nicht bekannt gewesen ist. Chroniken, die das Datum richtig mitteilen, könnten demnach als Vorlage für die Annalen ausscheiden.

sepulti sunt. Fridericus videlicet Sueviae et Francorum dux, avus Federici[a]) imperatoris aenobarbi, fundator
/357 cenobii/ ut supra cum duobus fratribus suis Walthero et Ludovico et uxore sua Agnete regina. Gertrudis uxor
5 regis Conradi, Iudintha ducissa, mater Friderici imperatoris cum fratre suo Conrado. Henricus rex filius regis Cunradi[b]), Conradus dux Sueviae ac[c]) fratres eius quatuor, scilicet Remboldus, Wilhelmus et duo Federici[d]) ac Beatrix soror eorundem[120]). Maria greca uxor regis Philippi
10 cum filia Beatrice. Ex his autem iacent in sanctuario Conradus dux Sueviae à dextris, Henricus rex Conradi regis filius in medio. Maria autem graeca uxor regis
/19 Philippi dum filia Beatrice à sinistris iacent. Ante gradus vero duo filii regis Remboldus et Fridericus.
15 Caeteri omnes in ecclesiae corpore ubi et sepulchrum eorum ostenditur. Ad quod tale invenitur appensum epitaphium[121]):

Suaevorum ecce duces ista tumulantur in arca,
Quorum posteritas Romula sceptra tulit.
20 Hac duo Fedrici, Fedrici[e]) caesaris olim
Primi avus et genitor, contumulantur humo.
Sed Fedricus avus fuerat fundator et autor
Ecclesiae istius atque monasterii.
Cuius erat coniunx Henrici caesaris Hagnes
25 Filia, cui dotis Suevia iure venit.
Francorumque simul dotis sub iure ducatum
Accipit, in Stauffen dum[f]) comes ante foret.
Hic Ludovicus item simul et Waltherus humantur[g]),
Fedrici[h]) fratres ex genetrice pia.
30 Istius et proles quina hac requiescit in aede
Fedricus genitor caesaris unoculus.

---

a) Sa 1, 2: Friderici b) Sa 1, 2: Conradi c) Sa 1, 2: et d) Sa 1, 2: Friderici
e) Sa 1, 2: Faedrici f) Crusius: cum g) Crusius: humatur h) Sa 1, 2: Fridrici.

120) Gemeint sein kann nur Konrad, vierter Sohn Barbarossas und wie die genannten Geschwister aus der Ehe mit Beatrix von Burgund, wohin ihre Namen weisen. Die Geschwister sind sonst nicht bekannt.

121) Auch Crusius bringt diese Grabinschrift; nach seinem Bericht hat er sie selber gelesen (vgl. Chronik II Dritter Theil Zwölfftes Buch 35stes Kapitel S. 375—377.

Fedricus Rembold Guilielmus et ipsa Beatrix
Germana ante diem fata suprema petunt.
Sed Bamberga capit Conradi caesaris ossa,
Illorum egregius qui quoque frater erat.
5 Attamen istius Gertrudis amabilis uxor[122])
Cum nato Henrico conditor hisce petris[a]).
Quin etiam regis Maria hoc est[b]) Graeca Philippi
Coniunx cum nata contumulata[c]) loco.
His pater omnipotens hominum sator atque redemptor
10 Da requiem aeternam, Christe, remitte scelus.
/19' Et tu qui transis[d]) horum si quando, viator,
Marmora, dic, rogito, manibus esto quies.
358 Horum Sueviae ducum laus
Ab Henrico Bebelio sequenti
15 Quoque expressa est carmine:
Nec potuere duces Suevorum nobile Germen
Effugisse trucis fata tremenda necis,
Quos res magnifice, quos lati gloria regni
Stemmata opes decorant corque[e]) magnanimum,
20 Illis ut regum vel nomina clara vetusti
Ipsis invideant: nec superare queant.
Qui plus quam centum rexere potenter in annos
Imperium Romae Teutonicumque[f]) soli.
Quos timuit dominos Italus, quos Tuscia, Gallus,
25 Insubres, Ligures, Apulus et Siculus.
Turca ferox[g]) timuit Suevorum marte repressus,
Sultanus cessit arma Sueva timens.
Hinc Hierosolyma est titulis superaddita nostris
Fedricos norant solis utreque domus.
30 Et cum Conrado Henricum regemque Philippum
Virtutum mundo nobilitavit opus.
His Europa potens tota est illustrata triumphis,
His Asiae cessit sanguine fusus ager.
Quorum maiores sunt hac sub[h]) mole sepulti,
35 Fedrici pater et filius unoculus.

a) B: patris; Sa 2 und Crusius: petris b) Crusius: sed c) Crusius: nata est contumulata d) Crusius: petransis e) Sa 1, 2: cor quoque f) B: Teutonicique g) Sa 1, 2: ferax h) hac mole; Sa 1, 2: hac sub m.